



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXIV. Der Rath von Berlin und Cöln bekundet, mit dem Rathe und geschwornen Bürgern zu Salzwedel die Einigung getroffen zu haben, falls ihre Bürger vor Landgerichte gezogen werden oder sonstige ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

nostrorum pannidarum, ad tempora sue vite debet possidere. Cum autem dictus Johannes sartor de salo huius vite fuerit sublatus, ex tunc marcha de hiis tribus cedet vsui contubernionis memorate, relique vero due pauperibus anime sue pro salute in hunc modum, videlicet vna pro calceis, reliqua pro lineis vestibus largientur, atque istud argentum prefatum magistri narrate Contubernionis in festo michaelis, omni dilacione procul sita erogabunt. Quod si non dederint, sacerdos celebrans altare nominati Johannis sartoris in ecclesia sancte marie apud turrim in angulo versus scolas magistros contubernionis sepe dicte pro tactis duabus marchis habere debet comonitos singulis annis semper in festo michaelis, vt in elemosina, sicut tactum est supra, largientur. Et quod ista in ewm a nostris successoribus maneant inconuulsa, prefens scriptum Conscribi iussimus, sigillo ciuitatis supradicte Communitum. Testes huius sunt Johannes hartwici, Helyas de emele, hogherus de vlsen, Johannes de linde, heyneman Gladiator, heyricus de Cyrowe, petrus de stendal, Rodolfus de Chuden, Thyde pistor, Gheremya de Ghuden, Ghe. dapifer, hilbertus de arnse, heyricus de Thuris, heinrichus de wittinche, Consules et quam alii plures fide digni. Actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., feria sexta post festum beati Jacobi Apostoli.

Nach dem Original im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 14, No. 8.

LXIII. Der Rath zu Frankfurt befundet, nach dem Rathe aller Städte des Markgrafen Johann sei unter ihnen eine Einigung geschlossen, jedes Unrecht gemeinschaftlich abzuwehren, am 3. März 1308.

Nos Consules Civitatis Vrankennorde recognoscimus univervis presentem literam inspecturis. Quod nos una cum consilio omnium civitatum Domini Johannis, Marchionis Brandenburgensis, firma fide inter nos quandam fecimus unionem, in hunc modum, quod si aliqua violencia seu injustitia alicui predictarum civitatum insurgeret, tunc nos eidem civitati pro nostra possibilitate astare volumus consiliis pariter et expensis. Ne alicui super isto dubium oriatur, presentem litteram fecimus roborari sigillo nostre civitatis. Datum in Berlin, die Dominica, qua cantatur Invocavit. Anno Domini MCCC. octavo.

Nach dem Original im Salzwo. Archives VI, 1.

LXIV. Der Rath von Berlin und Cöln befundet, mit dem Rathe und geschwornen Bürgern zu Salzwedel die Einigung getroffen zu haben, falls ihre Bürger vor Landgerichte gezogen werden oder sonstige Gewaltthaten erleiden sollten, die Kosten der Abwehr gemeinschaftlich zu tragen, am 4. Mai 1309.

Viris laude dignis Consulibus in Soltwedel, Consulium universitas in Berlin et in Colonia, obsequiosam in omnibus voluntatem. Tenore presencium, vestre recognoscimus honestati, publice protestantes, quod hanc inter nos ordinavimus seu fecimus unionem, quod si aliquis pro-

scriptus vel maleficus deprehenderetur per vos vel per cives vestros, expense, que super eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cause. Si vero tempore medio aliqua in hiis confurgeret violencia contra ordinem juris, illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Landing, ex tunc sicut ex nunc, expense communes debent esse. Item si aliqua enormitas five violencia per potentes aliquos fieret in vestra civitate, dummodo consules talem sibi assumerent violenciam, tunc iterum expense communes esse debent. Datum in Berlin, anno Domini MCCCIX. Dominica ante ascensionem Domini.

Nach Lenz Br. Urk. S. 918.

LXV. Markgraf Woldemar verspricht Saltwedel bei seinen Rechten zu lassen, auch wenn Markgraf Johann ohne Erben sterben sollte, am 14. Mai 1309.

Vniuersis presens scriptum visuris seu auditoris. Nos Woldemarys, Dei gratia Brandenburg, Landesberch et de Lufaz Marchio, tutorque Illustris Johannis, de Brandenburg Marchionis, volumus esse notum, quod nostros fideles, cives civitatis Saltwedel in omnibus iuribus et libertatibus eorum, quibus hactenus usi sunt, et que publicis literarum instrumentis super hoc traditis demonstrare poterint, ex nunc, etiam si ipsum Marchionem Johannem, cujus tutelam gerimus, absque heredibus, quod absit, mori continget, confovere volumus, et favorabiliter conservare, grata et rata habentes uniuersa privilegia, ipsis civibus super huiusmodi iuribus et libertatibus, a nostris predecessoribus liberaliter indulta, que quidem ratificamus, et presentis scripti patrocinio confirmamus, cui nostrum sigillum ad maiorem cautelam premissorum et firmiorem evidentiam est appensum. Id ipsum etiam Dominus Marchio Johannes, noster sororius, suis literis facere tenebitur, cum ad annos pervenerit etati legitime deputatos, ad quod tunc opem et operam prestabimus efficacem, ut in presentibus profitemur. Actum et Datum in Sandow, Anno Domini Millesimo CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. feria quarta ante penthecostes.

Nach dem Originale im Salz. Archive I, 1.

LXVI. Der Rath der Neustadt Brandenburg giebt dieselbe Erklärung wie Berlin und Cöln ab, am 25. Juni 1309.

Prudentibus viris et honestis Consulibus et iuratis in Soltwedel, Consules nove civitatis Brandenburgensis obsequiosam in omnibus voluntatem. Tenore presentium vestre recognoscimus honestati publice protestantes, quod hanc inter nos ordinavimus siue fecimus unio-nem, ut si aliquis proscriptus siue maleficus deprehenderetur per vos vel per cives vestros, expense, que super eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cause. Si vero tempore medio aliqua in hiis confurgeret violencia contra jus nostrum, illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Landtinc, extunc